



R.D. Iacobi Merchantii Vitis Florigera

Merchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

5. tripartita 1. pars declarat, varios libros on judicio proferendos. 2. ostendit, librum Agni & librum vitæ tunc aperiendum. 3. explicat, quomodo liber conscientiarum tunc pandetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](#)

Psal. 3.
In storum
redemptio
qua?
Rom. 8.
Ofer. 13.
Apoc. 6.
Abac. 3.
Job. 14.

elevat: Tu es gloria mea, tu exultans caput meum. Levabunt ergo caput iusti & elesti, cum plaga novissima crescet, quia appropinquat redemptio illorum. Quoniam illa redemptio? Redemptio scilicet corporum, quibus dura mortis captivitate eo usque detinebantur, de qua illud ipsi geminum intra nos adoptionem filiorum Dei expellentes, redemptionem corporis nostri. Item. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Hac redemptio efficit tunc perfectissimam libertatem ab omni corruptione & servitio, ab omnibus sermonibus, doloribus, morbis; estque consummatio redemptionis à Christo iniciata. Tunc incipiet compleri peritio illa Martyrum: Vindica Domine sanguinem nostrum. Hoc clamabant sub altari anima intersectorum propter nomen Christi. Quibus responsum est: Exulta-tum modicum, donec implatur numerus fratrum vestrorum. Impleretur ergo numero illo, de petitione sua, levabunt capita cum exultatione & gratiarum actione. Nec tuba illa infonasse reis formidolosa, nec resurrectio onerosa, quam percutim oculis suis proponerunt, ut fiduciam acquerent, & se felicitate confirmarent, dum pro Christo partebantur, aut illi conpariebantur. Erit ergo eis grata tuba, evocans ad vitam eternam & triumphum, peractam milicem & certaminem.

Audi S. Petrum Damiani sermonem, de S. Russino Martyre hac de re eleganter differentem. Elesti, quia carnem cum virtute crucifigere non desistunt, cum corporibus, quibus in divisa militia sunt utsi quasi tabernacula, ad superna claritatem gloriarum, provehuntur, ut suam militiae cingulo, unum sive homino interior & exterior sentiantur quae sit eterna municipium, qui ad unum pervenire per communia bellorum triumphum, & quibus una fuit pugna, ut sit & corona. Hec ille postmodum dicit hanc fore Tubam Sabbari eterni, & tubilem, perennantis, dum subdit: In tubile subi changitur, ut uniusque que ad possessionem propriam revertatur. Canet ergo iunctuba, ut ad possessiones proprias omnes tunc redeant; quia in illa die resurrectionis quisque proprium corpus recipit, in quo hic habitat. Tunc Adam Noe, omnes antiqui patres, omnium mortalium animas, ad misericordiam carnis sua terram redens, ut in perpetuum eam possideant, & perdidi in libertatem Filiorum Dei secundum gaudemus, servi vinculo corruptionis humanae soluti.

Conclusio. E fice Domine Deus, ut semper hanc Tubam auribus cordis nostri percipiamus, ut nobis tunc non sit pavore, quia per illam admoniti militaverimus strenue in castris militis tuz, dum tempus erat pugnae. Fae igitur, ut unusquisque nostrum possit cum Iob dicere: Cunctis diebus subibus nunc milito, exceptis domes venient immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Operi manus tuarum porrigit dexteram. Ingrediatur, quando tibi placuerit, putredo in officiis negotiis, & subter nos scatent vermes, ut hæc tuba evocati, & immutati, in die tribulationis & stuporis impiorum, ad locum quietis transferamus tua dextera nos ducente, & ascendamus ad societatem populi nostri accincti ad lætitiam & triumphantem, post militiam longam & duram contra hostes arcuiter insidiantes & tentantes, ac contra ipsam mortem, quæ tunc absorpta erit vita gloria.

Liber scriptus proferetur,
In quo rotum continetur,
Ende mundus judicetur.

LIB. T. S.
tripart.

PARS I.
IN sacris literis mentio sit de multiplicibus libris, qui mysterio non careant; quique sunt aperte riendi in divino iudicio, & producent in condicio perditionis impiorum. Primum est Liber legis, sive Liber Mandatorum Dei, de quo dicitur. Tollite librum istum. Et ponite in latere arca fidei vestri, ut sit ibi Liber legis contra te in testimonium; sic scilicet Deo tuo, post seu mandator beneficii & tor prodigia in gratiam cui edidit, rebellis & ingratus existetis. De hoc codem Dent. 32. libro dicitur. His liber manoatorum Dei, & lex que Baruch. 4. est in eternum: omnes qui inimici eam, perveniant ad vitam quæ autem delinquerunt eam, in mortem. Subiicit Propheta: Convertebam Iacob, & apprehendebam eam, ambulaper viam ad splendorem ejus, contra lumen ejus; hoc est, è regione lucis ejus ambula, qui praecuntem faciem vel lucernam sequens: quia Mandatum lucernam est, & lex lux, per eam manifestatur voluntas Dei tamquam via recta & secura: Beati sumus Israel, quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. Dirigit enim lex Domini, ut manifeste videat valcam vitæ vite, & scire ubi gressus figere debeamus in hoc caliginoso loco, in quo abscondentur malitiosi spiritus laqueos & in quo etiam cupiditas, quæ lex peccati dicitur, magnas effundit tenebras, quam qui sequuntur, per casas passiones duci se sinunt, & in precipiti ruunt. At lex & præceptum Domini lucidum dissipat has tenebras, illuminans oculos, & non aberremus, aut offendamus, sed plane tramite ad celestem patriam & vitam pertingemus. Hic est ergo liber via, & simul liber vita dici potest.

An non tibi expandeendas & aperiendas vide tur hic liber in illo iudicio, ut testimoniū pīs donet, impīisque condemnationem infligat? Certe secundum ea quæ in ipso scriptis sunt, iudicium huc, quandoquidem ibi norma universali contineatur, ad quam omnes exigenda sunt actiones omnium hominum. Audi ad hanc rem, & pondera illud. Dominus de Sinae venit, & de Sei Deut. 33. 3. oritur est nobis: in dextera ejus ignea lex, in Hebreo legunt, ludec de Sinae venit, & enim pro voce Dominus, vox Elohim, quæ vox Deum & Iudicium indicat. Ille ergo super montes Sei & Sina. Z. 3. defecit.

descendit, legem ut Iudeus daturus, ejus observationem ut Vindex exacturus, Quapropter dicitur, Cain in il-
lum locum, quod legem igneum gestet in dextera. Quod non nulli interpretantur, non quasi ipsam legem portet, sed quod ad maiorem pompam à ministris portetur prope dexteram ejus liber legis, & simul ignis; ut significetur eum per legem iudicaturum, & per ignem puniturum.

2.
Liber Eze-
chieli
transmis-
sus manu
celesti.
Ezech. 2.
& 3. Liber
ille quid
significet.
Respon. 2.

Secundum noscunt libri illi Ezechielis transmis-

sus manus celestis qui scriptus erat in foris,

hoc est, ante & retro, erantque in eo scriptae la-

mentationes & carmen, & vix. Era involutus

ante librum iste, sed manus celestis expandit

eum coram Propheta, iustisque ut illum come-

deret. Quo cùm fecisset, factum est volumen

ore ejus dulce; quia illum ruminando & medi-

rando suavitatem percipit. Hunc librum varii va-

riè interpretantur.

S. Gregorius per illum librum designatam in-

telligit sacram Scripturam. Audi ipsum. Sacra

Scriptura est liber scriptus in tuis per allegoram foris

per historiam intus, quia primitus in visibilis foris,

quia visibilis praceptorum suorum rectitudine dis-

ponit: intus, quia celestis pollicetur foris, quia terrena,

contemptibilia qualiter sint, vel in usu habenda,

vel ex desiderio fugienda precipit. Involutus est li-

ber, ut ipsa obscuritas occasio sit plurimum sensum.

Hæc ille.

Alii dicunt significari per illum librum, arca-

nūm librum consiliorum & decretorum Dei. Hic

scriptus censetur intus & foris, quia plurima,

in infinito Dei in eo consilia scripta sunt, sit in-

volutus, quia in Dei mente recordius; sed à Deo

Prophetis panditur & communicatur, cum ipse il-

lis sua decretâ revelat.

Respon. 3.

Denique nonnulli hunc librum intelligunt i-

psam Prophetiam Ezechielis; inauguraribus enim

Propheta per traditionem cuiusdam libri in

visione, & edocebarunt quid annunciare deberet,

tum peccatoribus, tum iustis; peccatoribus qui-

dem lamenta & dolores, supplicium & vix obsti-

tatis, iustis pium & gloriam. Ideo in isto libro

scripta erant lamentationes, & carmen, hoc est me-

los, &c. &c.

Sed quequid liber ille significari, in illo die decretorius mysteria ejus aperiuntur, & liber ipse evolvi & expandi censetur. Tunc enim paten-

tes lamente & dolores, dum plangent tribus

terre; patentes & supplicia impiorum in quibus

æternum erit vix; explicata quoque erunt pro-

misi Dei, & præmia iustorum, quæ continentur in

Prophetis particulariter. Adimplebuntur enim

tuæ corum prædictiones & comminationes, qui-

bus impiæ aurem prebere deterrarunt: adim-

plebuntur & promissiones, quibus piorum men-

tes ad callem severiorum viræ sanctæ traductæ

sunt. Si censetur omnes ex libris coram a-

perti judicari; vel in condemnationem, quia

obstinari & rebelles monitis, & missis, vel in

approbationem, quia his obedientes fuere & mo-
rigei. Quapropter quod scriptum est: iudicium Dñi,
sedit, & libri aperti sunt. Et rufus Libri aperti Apoc. 10,
sunt; & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta-
rant in libris. Venerab. Beda cum nonnullis, intel-
ligit sacram scripturam multiplicibus libris con- illum huc
tinente præcepta & monita, ex quorum observa-
tione homines sunt iudicandi.

Quod si liber ille Ezechielis liber est arcana- Dei
rum Dei consiliorum, absque dubio liber ille dentary
tunc apertus erit, quandoquidem manifestabit omnes in
tunc singularis Dei providentia erga homines & terram
Angelos, inquit erga omnes creaturas properatio
homines & Angelos; Consiliaque Dei super ha- niflamin
minum salutem, quæ planè sive admirabilia & oculi
cultæ, tunc temporis omnibus patescunt, ut & mul-
torum ingratiudo tandem evidenter condemer-
tur. Hæc est enim una ex primariis rationibus,
quare ultra iudicium particulae fuerit conve-
niens omnes universale iudicium paragere. Quia
nimur quidam non facis agnoverunt provi-
deos, sapientiam, iustitiam divinam; in modo ma-
lè de illa opinari vix fuit, eo quod permittat quan-
doque opprimi innocentes, affligi bonos, impios
prosperari. Quocirca & hanc querelam coram Deo
desperare nonnulli ex Prophetis. Audi psalmum.
Mei autem pene mori sunt pedes &c. Ecce si peca- psal. 76.
tores obtinuerint divitias, & dixi: ergo sine causa terrib.
justificari cor meum &c. Idem conqueritur Ieremi. 10. 21.
as, Abacuch, & lob.

Liber ergo providentiae divina tunc apertus
erit omnibus, ut ipse glorietur, & intelligent, omnes ad majorem gloriam iustorum cedentes, con-
fusioneque impiorum, modum illius quo se fer-
gaturoque gestit Deus. Legent tunc aperte, quod
modò Universæ vie. Domini veritas & iudicium psal. 14.
Itaque & de hoc libro providentiae & sapientia
divina tunc verum erit istud: Liber scriptus profe-
ditio, unde mundus iudicetur.

Tertio & aliis apud eundem Prophetam li- 3
ber sive Volumen, de quo ipse. Et conversus sum, & Liber sa-
ley ratioculos meos, & vidit: Ecce volumen rotundum, volumen
longitudo eius viginti cubitorum, latitudo eius de- relectum
cubitorum. Et dixit ad me Angelus. Hec est male. Ezech. di-
ctio, que egreditur super faciem omnis terra, quia
omnis superficie ibi scriptum est, iudicabitur, & omnis Explicita
jurans similitores, hoc iudicabitur. Liber iste volans illius
& evolutus significabat celum ultionem inscri-
ptam huic libro, & in peccatorum cervicem involare,
Viginti cubitorum dicitur longitu-
do eius, & decem laitudo, quia visum est egredi
volumen est templo, tamquam est tribunal Dei,
cujus præsita latitudo erat decem cubitorum, lon-
gitudo viginti. Designabatur quoque hæc ul-
tio scripta ludæ immobile, & in cam involate,
quæ duplo longior erat quam laitior. Liber ergo
iste & volumen, etiam si particulariter aliquam
gentem videatur concernere, ob peccata
aliq. illis particularia denuntians ultionem;

ramen

ramen eram universum designat volumen maledictionis in capite flagitorum involvans, & eos aeternum involvens & plectens supplicio consumatis. Quod quidem volumen aperietur, ut secundum quod in illo scriptum est, iudicentur impii. Sic rufus hie verum est. Liber seipsum proficeret, in quo totum continetur, unde mandat iudicetur. O liber! O Volumen formidabile, attendendum, & revolventum!

PARS II.
De libro Septem sigilli, quem aperuit Agnus; & nemo praeter eum potuit aperire, aut solvere ejus signacula. Hic liber etiam plenus est mysteriorum, ideo sigillatus est eo signaculis. Varii varie illum interpretari sunt, de quo & alibi nonnulla diximus. Hic ad nostrum propositum sufficiat interpretatio S. Petri Damiani, conformis interpretationi Rationali.

S. Hilarii praefat. in Psalmos. Sic vero ediscitur, S. Petrus Damiani sermones. S. Luca. Quid est liber ide signatus, nisi sanctum Evangelium, mysticus sententias figurarum obvolutum, & ab humana mente intelligentia procul arcana quadam profundiatur remouere? Quae sunt autem signata quibus liber Evangelicus signatus dicitur, n si septem illa mysteria, quibus rotu ordo Dominica dispensatio impletur, incarnatione Domini, nativitate, passione, resurrectione, ad celos Ascensione, deinde iudicium, poenitentia Regnum? Haec igitur liber Evangelicus ita signatus est, ut nisi cum Christo aperiat, omnino uli patere non posset. Haec igitur, putare hunc librum fuisse designatum ubi legimus: Et erit vobis visio omniuersitatis verba libri signata, quem cum dederint scient literas, dicent: Lege istum. Et respondebit. Non possum signatus esse enim. Evidenter hunc librum & eius signata, live mysteria & Sacraenta iam dicta, p. in aliis abscondita, aperuit Agnus, sive ipse Christus: partim quidem predicatione sua, dum mortalis internos ageret; maximè autem post resurrectionem, dum per quadragesita dies apparet regno Dei loquitur, atque de his mysteriis instruebat, que regnum Dei à se annuntiatur maximè concernebant, ut Apostoli de his plenissime erudirentur, postmodum & omnes fideles ex ore Agni eruditui; ut & gloriam redesceret Deo cum Senioribus, cum Angelis, cum animalibus mysticis, cum omni desueta creatura.

Atamen ulterius hic liber signatus manifestissime & plenissime aperietur coram omnibus, etiam infidelibus; in die illo revelationis omnium arcanorum & occulorum, uex illo iudicentur increduli ad confusione, fideles gloriam accipiante & fidei retributionem. Ibi rufus quodam ratione invocabitur canticum illud novum, canticum triumphale & periculum, triplicem continens versum. Primus decantatur a quatuor triphale, animalibus, & a viginti quatuor senioribus,

coram agno cadentibus & adorantibus. Dignus es Domine accipere librum, & aperi signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. Secundus decantatur vox Angelorum militorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum; eratque numerus millia milium dicentum: Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Tertius decantatur ab omni creatura qua in celo est, & super terram, & sub terra, & quae sunt in mari: Sedent in throno & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. An tibi renovaadum videtur hoc suave melos ab omnibus electis, dum liber ille signatus nunc plenissime aperietur, dum libelle proficeretur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur?

Viterius nominatur quidam ex libris qui in iudicio aperiendi sunt, Liber vite: Vidi mortuos pullos & magnos flantes ante thronum, & libertati aperi, & aliud liber aperius est vita. Hunc librum vite putat S. Anselmus in Elucidario esse vitam Iesu, quae omnibus est norma vivendi, & quam lex per quam omnes iudicabuntur. Certe vite Iesu tunc omnibus erit manifesta, ipseque Iesus quasi liber inspicetur: Liber, inquam, scriptus digitu Dei vivi incarnatione, in lucem editus in nativitate, rubricatus per sanguinem in circumcisione, sex approbatu Parre, sed ut falsus liber à Iudeis reprobatus, extensus ut legatur in cruce, scriptus foris & iato, inus amoris charactere, exterius vulnerum incisione, & diffractus in morte, anima à corpore divisione, sed rufus redintegratus in resurrectione, remanentibus vulneribus, quasi characteribus novo ordinatis fulgore, receperisque tandem in coelum, ut electos aequi eriam Angelos oblectentia contemplatione & lectio; denique rufum representandus coram toto mundo, ut in eo legitur pii & impii, pii suam electionem, impii suam condemnationem. Cum enim liber iste liber sit vita, liber quoque est virtus omnis & perfectionis, propulsus omnibus ad imitationem. Qui in se ex hoc exemplari virtutem transcriperint, confortium invenient gloriam, qui vero neglexerint, vel contemptuerint, suplicium reperient aeternam vitam. Ibi manifestata humilitas Christi condemnabit arrogantiā superborum, ejus quoque veritas vanitatem mortuorum, ejus calitus impuritatem luxuriosorum, ejus charitas malitiam invidorum, ejus temperancia sciam gulosorum, cuius mansuetudo crudelitatem & vindictam iracundorum, &c. In libro ius beneficencia ingratiitudinem poverorum horumque suorum, ejus pieas impietatem sceleratorum, ejus quoque lazelus & fervor negligentiam & recordiam Christi getianorum, In hoc ergo libro unusquisque illico

Apoc. 20.
Liber vite
qui sit.
Ref. x.

Yate 20.

Canticum triphale

poteris legere quod ad te spectat. Audi S. Gregor. 33. Moral. cap. 5. Liber vita est ipsa via ad ventum in indicio; in quo quasi scriptum est omne mandatum, quinque eum videris, mox teste conscientia, quid non fecisti intellegere.

Resp. 2. Quod si propriissimum in dicto loco intelligere velis librum vita, dicemus esse librum prædestinationis, in quo omnes & soli conscripti sunt, qui destinati sunt & electi ad vitam æternam; idque efficaciter, ut postea jam vita peracta, & cunctus operibus per mortem consummatus. Ille nobis liber nunc est occulus, quia nescimus qui in eo scripti de nobis sint, nisi speciali revelatione. Tunc autem omnibus pacet, quia numerus erit consummatus, & qui non erit in libro vita scriptum, misericordia in flagrum ignis, ut ibidem dicitur. O beatum librum, qui per partes quaque etiam in hac vita ostenditur, dum non nullis sua prædestinationis revelatur. *Nis audire exemplum?*

Exemplum Notabile est hoc de re, quod de SS. Iuliano & Basilissa legimus. Julianus urgetur a parentibus ad conjugium; at ipse virginitatem amore decratabat. Monetur interim ab Angelo acquiscere voluntatem parentum; nautrum autem uxorem quae virgin permaneat, spondet Angelus. Peragitur itaque festivitas nuptialis, in chalma quecumque sponsa introducitur. At mox rosa rum lilioque odor locum perfundit, hyemis licet tempore. Miratur sponsa, inquit unde illa fragrantia? Respondet Julianus esse odorem munditatis virginalis, hortaturque ut florem hunc Deo acceptissimum velit servare illibatum, illa coelesti suavitate capta, afflentius. Cum ergo castitatem voris fecerit, subiecto lux cubilicium perfudit; hinc Christus cum Sanctorum Choro; hinc Maria cum Virginibus. Ortuus decinde cantus ex parte Sanctorum: *Vixi Iuliane, vixi.* Ex Choro queque Virginum: *Beata es Basilissa, salutaribus monitis conscientia.* Tunc datus est Julianus liber, in quo aureis litteris scriptum erat, Julianus, qui pro amore meo mundum contempti deputatus in numero eorum, qui cum mulieribus non sunt coniuginati. Basilissa in numero Virginum, quam Maria censes principatum. Responderunt Chori: *Amen, amen.* Tunc duo Angeli duas coronas afferentes, eis dextrarum junxerunt, & in populo confirmarunt. Reliquum ergo noctis in Dei laude transigentes, & perpetuo non carne sed spiritu fructificare. Nec dinumerari possunt, animæ que per Julianum premitebantur ad Dominum; nec agmina Virgiuum que per Basilissam premitebantur in celum.

Liber itaque iste datus Julianus, aureisque inscriptis litteris, designabat librum vitæ, in quo eius conjugis que nomen inscriptum erat, quia de numero aureis electorum confessabatur uterque; et quod hoc ipsum iam indicabatur, ut tandem aliae pugnarent contra carnem & sensuolum, i-

tiaque solida profluderentur, quæ eis dicere Dominus: *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in celo.* Is porro liber vita, quæ electorum omnium catalogus, plenissime aperitur in judicio. coram toto mundo, quia tunc completus erit eorum numerus, ut jam diximus.

Recolligendo haec tenus dicta de libris variis qui in judicio preferendi sunt, dicamus illos omnes oculis mentis nostre frequenter obiciendo esse librum ut ex illis omnibus proficiamus modò, dum dicemus de tempore etc, antequam judicemur & condemnemur.

Primo. Feliz est, cujus oculis semper observatur liber mandatorum Dei, ita ut possit dicere cum Evangelico Adolescenti: *Hæc omnia observari à juventute mea.* Ad hujus libri lectionem & observationem omnes extimulat Sapiens, dum dicit: *Deum time, & mandata eius obserua hoc est homo;* hoc est, in hoc deberet incumbere omni studiū hominis. Qui in hoc studiose incubuerit, non timebit, sed securus erit in die timoris, quando libri aperientur. Sponsus S. Cæciliae Valeriano cælius exhibitus fuit liber, luce circumdatus, cui aureis litteris inscriptum erat: *Vnum Deus, una fides, unum baptisma;* in quo legitere Iesus est ab Angelo. Hic est liber cuius leccio & observatio euos faciet, quia beatus, qui unum Deum una & viuus fides debet coluerit, & baptismum suum immaculatum custodierit.

Secundo. Felix est, qui legit & intelligit, sive oculis aut auribus cordis percipit monita, que varie per Prophetas conscripta sunt, & denunciata de hoc extremo iudicio ad salutem omnium. Felix, qui ruminat cum Ezechiele librum in quo scripta sunt lamentationes & carmen, & ut jam ingemiscendo salubriter, non incidat in lamentum & vexaturam, sed ad melos suave pertinet Seatorum. Huic librum cælius legere coatus est quidam in Ecclesia Pastor, de quo Cantapracanus. Hic cum diu malo rexisteret, in gravem morbum incidit. Apparet autem ei S. Petrus, Pastorum Pastor, severo & minaci vultu, exhibens libellum, in quo cogebat cum legere. Scriptura autem que libri continetur, hac erat Ezechielis: *Mortificatas animas que non moriuntur, vivificas que non vivunt.* Dum horre cœpisse, & avertiatur conspectum lecta hac sententia: ultimus urget S. Petrus, ut glosam legat, quia in margine talis erat: *Quando rediit anima de inferno, quas tu desitias exemplum, & eterno supplicio dermeristi.* Cum is vero per confusione responderet non posset, dispergivisso. Ad se rediens, leudotum perfusum, mireque axium reperit. Nec mora, consilio cuiusdam viri sancti, solvit omnia vinacula, & secundo valledixit, in Ordinis S. Benedicti Monasterio Camberonensi sed divite vobis servituti, ut ibi in silentio & amaritudine a libo, oīm & fūz revolveret librum concientem lamentationes & voces, & scipium judicare, antequam a Domino

Domino judicaretur, ut tandem ad melos, & carmen eternum peringeret.

Tertio, Felix est, qui liberum Agni signatum meditatur, & ejus signilla mente plâ considerat; ejus Incarnationem, Nativitatem, Passionem, Resurrectionem, Ascensionem, Iudicium, & Regnum in corde revolvens, ut non sicut gratus tancis benevolentis, nec iudicio obnoxius, sed regno dignus inveniatur. Felix, qui liberum vitam, vitam Iesu sub oculis ponit, ut vitam inveniat, & mortem effugiat, imitans veritatem vitam & veritatem. Felix, qui totis viribus connitur, ut electionis libro adscriptus sit satagens, ut bonis operibus certam faciat electionem suam & vocacionem; nihilque magis cordi habet, quam de numero illorum reperiunt, qui benedictionis, eternae participes erunt, qui voluntate eternae Patris perficerunt, conformes imaginis Filii sui.

Hoc omnes libros compendiosè legebat ille de quo in Speculo Exemplorum sic legimus. Quidam illiteratus Monasterium cum duobus sociis est ingressus. Post servorem aliquantum temporis, duo juniores sepe cœperunt, venerunt que ad hunc consolationis gratia. Ille tristes eos advertens, asserit eorum non nisi exocio provenire, se autem ita jugiter occupari, ut tempus ei breve nimium videatur. Mirantur quibus studiis delinqueretur, cum illiteratus foret. Quibus ille. Tres characteres docuit me. Magister meus in gressu, quos quoniad perlegens, haud officior templo, sed desiderio. Primum nigro colore exaratus est, & significat peccata mea animam denigritam, simulque mundi vanitates & infanias falsas, cum pœnis inferni. Hunc mihi characterem propono à manu usque ad Missam. Secundus est scriptus colore rubeo, & significat Passionem Domini, cuius characteri libareco à Missa usque ad Nonam, quando emisit spiritum. Tertius est scriptus aureo litteris, & dicitur a monachis & perpetuatum gaudii celestis. Huic studio usque ad Completorium; sique expendo tempus meus sine templo. Hoc audientes duo alii, cum fructu & solatio recesserunt, huic libro studium impendere resolventes, ut accidiam fugarent & torporem.

Speculum Exemplorum V. quibus studiis delinqueretur, cum illiteratus foret. Quibus ille. Tres characteres docuit me. Magister meus in gressu, quos quoniad perlegens, haud officior templo, sed desiderio. Primum nigro colore exaratus est, & significat peccata mea animam denigritam, simulque mundi vanitates & infanias falsas, cum pœnis inferni. Hunc mihi characterem propono à manu usque ad Missam. Secundus est scriptus colore rubeo, & significat Passionem Domini, cuius characteri libareco à Missa usque ad Nonam, quando emisit spiritum. Tertius est scriptus aureo litteris, & dicitur a monachis & perpetuatum gaudii celestis. Huic studio usque ad Completorium; sique expendo tempus meus sine templo. Hoc audientes duo alii, cum fructu & solatio recesserunt, huic libro studium impendere resolventes, ut accidiam fugarent & torporem.

PARS III. Postremo, nobis dicendum restat, hos libros qui in iudicio aperiendi sunt, et singulorum conscientiarum conscientias, in quibus cuiusque opera, conscientie in bona, quam malas quadam ratione conscripta legentur ab omnibus. Quod spectat illud. Offendunt pandetur. opus legis scriptum in cordibus, testimonium illi reddente conscientiam ipsorum; & inter invicem cogitationis accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum judicabitis Deos & hominum. Aperiet ergo Deus in die iudicij hosce libros, id est, conscientias omnium omnibus hominibus, elevando omnium hominum intellectum, lumenque supernaturale praebendo, ut videant facta cuiusque, viii floriger.

in alterius conscientia & memoria quasi descripsa. Sic & Prophetæ divino lumine adjuta multa videunt futura & occulta Deo revelante. Sic & S. Benedictus in spiritu elevatus vidit totum mundum, quasi in globo inradiis solaribus collectum, teste S. Gregorius, l. 2, dial. c. 35.

Audiamus B. Basilium lib. de vera virg. Q[uo]d prius corpore, quasi veste concelet, minime habere putabatur, ea nudata se omnium oculis ingeneri, nulunque jam vel negationi, vel execrationi locu[m] erit. Quomodo id factum exquiris? Respondet idem. Ipsa continentaria opera in suo auctore conspicua. Non enim confundit, sed angula per partes, ut se habeant, velut in pictura no[n]cen[t]ur. Itaque non solum agnoscitur adulterium à te commissum, sed etiam modus amnis fraudulentus quo alienam attraheris, quomodo nocte in caligine ambulaveris; & aliae circumstantie confundibiles elucecent, quia omnia inscripta geris in pectore. O quanta confusio confusio male tunc conscientie, cuius etiam si homo tunc male connotet reminisci, cogitur tamen & rememorari conscientie. & easalis prodere. Libri sunt memorie singulorum, sed & liber est ipsa Dei memoria & cognitio, omnia & singula a scripta gerens, & propalans. Hic est liber ille sufficiens & amplissimus de quo dicimus: Liber scriptus proficeret, in quo vobis continetur, unde mundus judicetur.

Felix è contra, millies & felix, imo eternum Tripudifelix, qui bonam sovet semper conscientiam, umborum possit tunc securè, tamquam librum à se conscientiostis conscriptum & a maculis conservatum, ut in fiducia coram Deo, & Angelis, & hominibus repræsentet eum. Hic est enim liber ille de quo gloriatu[is] Ioh. Quis mibi tribuat auditorem, ut desiderium meum audias Omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat? ut in humor meo portem illum, & circumdem illum quasi eorum sa[m] mibi. Per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi Principi offeram illum. Quasi dicat: Vnde sic Deus auditor caue[m] mea, immo scribat ipse librum processus mei, non vereor confundi, quin potius illo gloriar, per singulos passus, & offeram illi tamquam Principi, ut absolvat, potius quam condemnat. Erit mihi liber non onus in humero, sed in capite ornamento. Quonodo hoc audet lobidice[re], nisi quia novit librum immaculatum conscientie suæ, cui non potest non esse conformis liber divine scientie? Ex testimonio enim bonorum conscientie securè affert ibidem, se non ambulasse in dolo & vanitate, sed in simplicitate & veritate, suis quoque aut oculis, aut pedibus aut manibus, aut cordi, maculam non adhæsile, aut iniquitatem: sed calitatem fervore conjugalem perfectè, & humilitatem erga servos & ancillas coluisse; erga subditos quoque & inferiores mansuetudinem & justitiam: se misericordiam exercuisse erga inopes, pupilos, viuidas, five quantum ad cibum, five quantum vel ad vestes, five quoad alias opitulationes: se nec

nra fidei

fiduciam posuisse in opibus, nec in honoribus aut quapiam alia proficeret: se inimicis numquam maledicta regelisse, aut ex eorum ruina gaudium concepisse: denique se confessionem aperiat delictorum quamlibet levium semper coram Deo sincerè fecisse, nec ut solent homines errata sua excusare. Hac igitur fretus conscientia, tamquam libro securu, alterit se coram judice audere comparere: ita ut hic liber non sit ei futurus confusio, sed gloria, immò gloriatur, quod tanquam coronam sit eum circumdatus sibi. O securam vocem! O librum spectabilem & extendum!

Bern.lib.de
Conscienc-
tia.
Psal.94.

Propreterea merito dicebar S.Bernardus. Nihil est iocundius, nihil tutius, nihil diutius bona conscientia. Premat corpus, trahat mundus, recreat diabolus, illa erit secura. Bonae conscientiae secura erit cum corpus morietur, cum anima coram Deo praesentabitur, cum verumque in die iudicii ante tribunal terrificans. Iudicis statuet. Future benedictionis non est utilius remedium, nec certius testimonium, bona conscientia. Cum mundus omni volubilitate circumroteretur, ploraret, ridearet, periret, transferret, numquam marescet bona conscientia. Subiectur corpus in poena, in iniurias maceretur, verberibus lanctetur, aeculeo distendatur, gladio trucidetur, crucis patibulo affigatur, secura erit conscientia. Hæc S.Bernardus.

Audiamus & SS. Patres de his libris. In primis S. Bernardus in Tractatu de Convers. ad Clericos, cap. 2. sic describit: Aperitur conscientia liber, revolvitur misera vita series, tristis quadam histrio replicatur, illuminatur ratio & evoluta memoria, velut quibadam eius oculo exhibetur. Vrae vero non tam est ipsius anima, quam anima ipsius, ut eadem sit & insipieat, contra suam stantiam faciem. Alludit S.Bernardus ad illud Arguanum, & statuam contra faciem tuam. In quem locum sic scribit S. Augustinus. Ordinabatur ante infeliciam animam peccata sua, ut & eam convincat probatio & confundat agnitus. Particularius autem S. Ephrem lib. de vera pœnitentia, cap. 24. de hac res ait. Vnuisque cerces ante faciem suam exposuit opera sua, sive bona illa, sive mala præmissa. Formidabiles libri aperientur, in quibus scripta sunt opera, & actus, & verba, & quæcumque egimus in hæc vita; nec solum actus, sed cogitationes, & intentiones cordis. Omnia scilicet ita Orbi universo velut in illustri theatro denuata, hominum cognitorum & incognitorum oculis subiecuntur. An solum confusæ omnia? Immò difficiissime?

Audiamus pro conclusione Hugonem Victorinum lib. 3. de anima, cap. 11. de nostro hoc libroloquente, qui scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur. Ipse enim conscientia librum interpretatur, dum sic ait, & bonæ conscientiæ titulos sic describit:

Conscientia bonitatis est religionis, templum Solomonis, ager benedictionis, horus deliciarum, arca reclinatorium, gaudium Angelorum, arca fæderis, thebaeus Regis, aula Dei, habitaculum spiritus sancti, liber signatus & clausus, in die iudicii sperendus, Ita ipse.

Quod si aliquando liber conscientia atramento sclerum, & inquinamento vitiorum incriptus fuerit, spongia lachrymarum oblitterari potest, & penitentia decoro charactere rescribi. Audi Chrysostom. hom. 2. in Psal. 50. Peccata tua in libro scripta sunt, spongia autem instar fuit lachryma: lachryma mitte, & oblitteransur, & pars liber inventur. Magnæst lachrymarum vis. Martires sanguinem fundant, peccatores lachrymas. Meretriz sanguinem non fidit, sed lachrymarum fontem, scilicet que peccata diluit. Hec ille. Cui conforme est, quod ubi Psalmus habet Deus posuisti lachrymas psalmi meas in confessione, altera lectio habet, quam sequitur Pagninus: posuisti lachrymas meas in libro tuo. Ad quem effectum, nisi ad oblitterandum peccata? Hoc pondera.

Index ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit,
Nil inultum remanebit.

Ubi tunc
tripli.

Iudices solitos sedendo iudicia exercere, ex omnium nationum more notum est. Atque etiam convenient ut iudices sedante, cum ad auctoritatem suorum, rum ad tranquillè & sedate iudicandum. Cui consonat illud Philosophi: Sedendo, & quis? quando anima sit prudens. Quia scilicet hoc sicut anima quiescit, nec distractur mens ad alia, sed in quiete, aut cogitanda. Hinc iudicibus sedes sublimiores erigi solita sunt, in quibus sedantur, & pronuncient à loco excelso sententiam. Eloquentia, inquam, excelsa, tam ut significetur eminencia auctoritatis, quam ut delegeatur eos omnipotentes esse debere excelsiores. Hæc sedes tribunalia dicta sunt, sive quod ex illis justitia administratur Tribibus, sive quod ex illis unicuique jus tribuatur. Quapropter Tribunal cum libri Symbola sunt & insignia Sapientia iudicis Tribunal ejus maturitatem & tranquillitatem indicat in iudicando. Liber apertus scientiam dignam & diligentiam in eis evolvens, & iuribus requiriens. Alioquin si hæc de sit, ignorancia judiciorum, & plerumque est calamitas innocens, teste S. Augustini 19. de civit. cap. 6.

Propterea Christo Domino Liber adscribitur ex quo judicet, ut antea diximus: Tribunal quoque in quo sedeat. Hoc ipsum est quod canimus: index ergo cum sedebit, quidquid latet, apparet. De hoc Tribunal, sive Throno iudicis etiam sacra eloquia meminere aperiuntur. Nam Omnes stabimus ante Tribunal Christi. Item vidi thronum magnum, & candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit calum & terra, item

Causa